

Exs. S. 13. Jul. 1834.

1

Illustri Societati Eruditæ Hungaricæ  
Academia Scientiarum Regia Bavaria  
Salutem.

Quod in comitiis Regni Hungarici, annis 1825-1827  
celebratis, factum est, <sup>quidam</sup> summi inter vos viri, praeseunte  
Illustrissimo Comite de Széchény, solo patriae amore ducti,  
opes se ex suis redditibus collaturos sponte pollicerentur,  
quibus Societas erudita hungarica fundari posset; id cum  
omnium hominum, quorum est, generose facta sentire, et  
litterarum studia <sup>quantum</sup> ad gloriam felicitatemque po-  
pulorum conferant, <sup>dijudicare,</sup> admirationem in se convertit, tum  
principue summo Academiæ nostræ plausu exceptum est,  
quæ quos fructus id institutum et vestris rebus et univer-  
se rei litterariæ allaturum esset, statim animo pro-  
fagiebat. Quocirca summa lœtitia affecti sumus, cum lit-  
teræ vestræ ab Illustrissimo Comite de Széchény nobis  
adferentes, quibus non modo primum Annalium vestrorum  
volumen, ceteraque, quæ ad Institutū vestri rationem ex-  
pliandam faciunt, nobis transmittere, sed etiam, quo  
adversus nos animo fitis, declarare et officia vestra polli-  
ceri, nostraque expetere voluistis. Quæ omnia quam nobis  
grata et accepta fuerint, dudum significatum a nobis  
habuisset Societas erudita hungarica, nisi Illustrissimum  
Comitem de Széchény, cui litteras ad vos nostras tradere  
optabamus, ex itinere reducem Monachium revisurum

frates nobis quisset. Nunc, cum diutius differre, quod dudum  
in animo erat, sine justa et gravi reprehensione non liceat,  
primo quidem Societatis vestrae fundamenta feliciter jacta,  
et operum vestrorum splendidissima exordia vobis ex animo  
gratulamur, deinde quicquid ad studia vestra juvanda nostra  
ex parte conferri posse, id omne libentissime a nobis propositum  
iri spondemus, Denique ut vestrorum nos laborum et stu-  
diorum participes fatere pergatis, enice rogamus. Mittimus  
indicem Commentationum, ab Academia nostra inde ab  
anno 1763 editarum, petimusque a vobis, ut, quas ad rem ve-  
stram facere posse judicetis, eas nobis designetis, simulque,  
qua via et haec, et quas in posterum vobis missuri sumus,  
certissime et commodissime ad vos perventurae sint, indicetis.  
Cumque a vera amicitia nihil dissimulatione alienius sit,  
hoc etiam scire vos volumus, quod Academica nostra adscripsi-  
ti una quasi voce dolere se quam maxime confessi sunt, lin-  
guæ Magyaricæ, qua volumina vestra conscripta sunt, igna-  
ros se usu eorum prohibitos esse atque seclusos. Dignissimum  
quidem esse, aiebant, eo quo estis in patriam amore, ut ata-  
vam linguam diutius neglectam aut procul intercidere  
aut equalorem et barbariem inducere ~~ad~~ ne patiamini;  
at nihil obesse, quo minus eas commentationes, quæ patriæ  
linguæ conscriptæ prodeant, simul in latinam linguam  
conversas publici juris faciatis. Namque et his sumptu-  
bus procerum vestrorum insignem liberalitatem eo minus  
defuturam, quo certius sit, hoc demum modo studiorum  
vestrorum fructus, non tantum, quod semper, et maximo  
quidem jure, præcipuum reputaturi sitis, ad patriam

vestram redundaturos, sed etiam ad universum orbem litterariorum esse diminuturos, quod quidem spernere neque humanitate neque doctrina vestra dignum videatur. Quam sententiam ut eque bonique consulatis, impense rogamus.

Valete, Viri Illustres, et tum nobis favere pergit, tum vobis persuasum habete, nos vestre societati semper fore addictissimos.

Dabamus ex oedibus Academiae Scientiarum Regiae Parvicae, Monachii die 12. Julii MDCCXXXIV.

Augustissimi Parvicae Regis consiliarius  
intimus actualis, Academiae Regiae Monachensis Praeses et Universitatis Regiae  
Prof. P. O.

and other members of the family. We have had  
and still have many visitors from the United States  
and Canada, and we have been very pleased to meet  
them and to show them our country. We have  
had many visitors from the United States, and  
we have been very pleased to meet them and  
to show them our country.

Yours truly,

John C. Frémont